

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce  
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte  
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi  
coadiutoris**

**Juan <de la Cruz>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1639**

§. 3. Insignis authoritas Magistri Luisij Legionensis ad hoc propositum  
adducitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37873**

Johannis  
a Cruce

Opera  
mystica  
IVT  
122

## §. III.

Insignis aucto ritas Magistri Luisij Legionensis  
ad hoc propositum adducitur.

19. **T**ANDEM ad hoc propositum non possumus non adducere insignem respondentem, quam simili obiectione aduersus librios S. M. N. THERESIAE facta prae-  
buit sapientissimus ille Magister, Luisius Legionensis, in Apologia citata, ubi sibi-  
bet: Et ad primum, ut pateat esse calumniam presuppono. Orationem vniuersitatem suspensionem  
Anima in Deo, quia accidit, quando oranti & in discurso intellectuali existentem, Deus applicando  
suam virtutem, & potentiam cum ad se trahit, ei que suspendit discursus intellectualis, & au-  
dit voluntatem eius unituoro amore. Hoc presupposito, Dico: Verum esse hunc vniuersitatem  
haberi in ipsis libris, & in illis declarari, quid si ista vno, & in quo constat item de bonis effectu-  
bus quos causat, quaratione yaleat cognoscere, & discerni vera a falsa, & si hoc est illam docet,  
verum est hos libros illam docere, sed quaro, tali doctriina quod documentum adserit, vel quidam  
inconveniens in se continet, quod si afferere velint, tale orationis genus minimè si falso humanum  
quid astrinxunt, & in sanctos maledicunt, qui de hoc scripserunt, imo contra ipsam fidem re-  
tentem: constat quippe ex Sacra Scriptura dari orationem raptus seu ecclasi, & ybitale orationis  
genus reperitur, habetur & illud quod vocamus, vniuersitati vero fateantur, ut illos facilius oportet, de-  
cide orationis genus, non recte afferere possunt hoc malum esse, cum illud Deum elargiatur, &  
datur & bonum est, quanam ratione malum esse poterit tractare de tali vniione, cuiusdem demon-  
strare qualitates, fallacias detegere, qua hoc in itinere occurrere possunt; ne gradientes per iadu-  
cipiantur.

20. Si postea dicant, hanc orationem per regulas, & precepta minime acquiri posse, maximam  
dicunt veritatem: & hoc est omnium primum monitum horum librorum; ac proinde nulla illud  
dant precepta nec regulas, solum orationis studio incumbentes admonent, quod si ad hunc orationis  
gradum pertingerent cupiant, magnam conscientia puritatem sectentur oportet; cor insuper ariam  
terrenis auellant, ad ea que perfectiora sunt, semper adspicient, vt sunt precepta & consilia Evangelica,  
si ergo vniuersis via est bona & perfecta, bonum quoque est & necessarium haberi libros,  
qui de ea tractent, & qui ostendant eius naturam, qualitates, & semitas. Cur conueniat librum  
reprobare, qui est dux via bona? Quod si expedit talia non scribere, ideo erit, ne sciantur, & si hoc  
conuenit, adcirco erit quia expedit ea non deduci in vsum. At nemo sane erit adeo hubes & ignorans,  
qui hoc ipsum ausit assuerare: imo è contra quia eius vsum vtilis est, etiam scientia erit necessaria: si  
propter hanc ipsam rationem maxime proficuum eam scribere.

21. Respondeant mihi qui ista proferunt, quibusnam documentum aliquod cogitio huic vniione  
adserat: an illis qui de ea tractant, minime: quia communicatur illis lumen ad hoc ipsum quod  
pertractant melius edendum. Ipsi vero qui non agunt de ipsis quæ hic legunt, alterutrum nequam  
percipiunt, vel admirationem de Deo super delitios, quibus suos foveat, vel desiderium sequendi istam  
viam, & deserendi totum ut Deum tam sibi amicum experiantur: qua duo motus, ut perspici-  
tilla sunt.

Videlicet

Videtur tales, qui ad ista attendunt, nullos preter hos vidisse libros, & ignorare alios quoque reperiri scriptores, qui de eadem materia pertractant; quemam ergo iniustitia labes est, ab his auctoritatibus scriptis cauere sibi, quae inter alia milrena scripta versantur? Videant S. Bonaventuram, Richardum à S. Victore, Ioannem Gersonem, & si conscriptos in lingua vulgari exoptant, videant tertiam partem Abecedariorum, & videbunt esse exiguum quod B. Mater THERESIA hoc in genere scribit, respectu eorum que alibi & dicuntur, & exarantur, & hoc quo ad primum. Huc usque Legio nensis loco cit. qui etiam in epistola scripta ad Moniales Monasterij Matritenii Ordinis nostri, que in principio operum S. M. N. THERESIA habet, sic ad propositum loquitur.

Iam reliquum est, respondere non nihil est, qui adeo hosce libros periculosos censent, quod res, nimis quam subtile, & sublimis tractent, quas ad vniuersitatemque genium non facere, nec ad omnes, possum spectare auunt. Cum ergo tria sint dominum genera, quorum alijs de facto orationi intendunt, & vacant, alijs si vellet, ei possent intendere, alijs denique ob status sui conditionem, proficiunt, et si vellet, non possint; pero tam ipse, quibusnam horum libri huius lectione periculum sit creatura? an spiritualibus nequaquam: nisi fortassis alicui noxiom & pericolosum sit, nosse quid faciat, & cuius res professionem faciat. An vero est, qui orationi vacanti occasionem quidem habent, sed negligunt? multo minus: inueniunt namque in hiis libris, non solum qui ipsos, cum eam exercere volent, conductat, & viam commonstret; verum etiam qui eos excitet atque animet, ut hic animum applicent. Quod profecto magnum bonum est. Tertij ergo generi dominibus, quid est, quod hic noceat, & periculum creat: an nosse, quod Deus dominibus amabilis, affabilis, & blandus est? quod eum inueniat, qui se ab omni profusione sequestrat, & denudat: quas anime delicias afferat? quales sit inter eas quas illi confort consolatione discrimen? quo eum modo deparet, expurget, & velut sublimet? Quid hic, quo se est, quod cognitum legente non sanctum reddat? quod non quandaam in ipso Dei admiracionem excite, ipsumque ad eum diligendum inflameret; si ergo operum horum exteriorum, que Deus in rerum creatione & gubernatione peragit, consideratio quedam communis boni, in omnium dominum usum, schola sit, quomodo arcanorum eius mirabilem cognitionem, cuiquam esse possit periculosa.

Et licet fortasse quis ob malam suam dispositionem, aliquod hinc sibi damnum & noxiam eliceret, anne idcirco tanto bono & utilitate, & quod in tantum multos dimanare posset aquum foret iamiam occludere & illud impedit? eadem ratione posset & ab Euangeliis prudicatione cessari: nam ipsum, non recipientibus (vt Apostolus ait) maior est damnationis occasio. Quod demum scripta sunt, etiam ipsam sacrae scripturam sub ipsis comprehendendo, e quibus male affectus animus non aliquem errorem posset arripere & haurire? In ipsorum rerum examine & dijudicacione videndum est, num ipsa in se bona sint, & ad fines suos consequendos congrua, non autem quomodo sinistra nonnullorum usus eas sit usurpatius, si enim ad hunc respicere velim: nihil usque eo sanctum est, quod non posset merito vetari ac probiberi. Quid Sacramentum Ecclesie sanctum est? quam multos tamen inuenire est, qui ex finistro coram usu & frequentatione deteriores sunt? Diabolus, ut potest subdolus & vafer, & semper ad nobis nocendum excubans, in variis se induit colores, seque in mentibus quorundam tanquam de proximi salute & bono sollicitum & proficuum ostendit, quod, per speciem alicuius particularis danni auertendi, simul ab omnium oculis submoueat id, quod publice & in communi bonum & proficuum est? Nouit quippe danni plus se facturum in omnibus ipsis, qui horum librorum lectione, aut vitam emendabunt, aut ad spiritualem perfectionem peruenient, quam compendij ex inscritis, aut prauitate huius vel illius priuati, qui ob malam suam

dispositionem huius offendiculum capiet, & periculum. Quare ne priores illos amittat, paucorum he-  
rum, quos alij sexentis modo corrupti & deprauavit, dampnum magnificat, & nobis obculap-  
sat. Quanquam sicuti paulo ante dixi, neminem ita male dispositum esse sciam, qui inde dampnum  
referat, quod nouit Deum amici sui amabilem esse & quamvis ipse in se suauis sit, & quibus evi-  
ta modis ad ipsum pertinere: quaenam hic tractatus quam cum laetissimè docet & tra-  
nitum. 24. Solos illos hic timeo, qui omnes iuxta suam normam & prescriptum conducere valent,  
ita ut rite quidquam probent, quod ipsi non dirigunt, & inadueniunt, & rotu ad hoc viribus con-  
tantur, ne, quod ex sola ipsorum mente & proposito non sit, ullam apud alios autoritatem ma-  
gistrat. Quibus satisfacere & respondere omnino nolo, quod ex propria voluntate error ipsorum  
sum habeat, unde nec responsionem aliquam volent admittere, sed ceteros omnino rogatum vidi,  
ne quo illis modo assilient aut credant, quod hoc non mereantur. Huc usque sapientissimos  
hic vir, cuius verba sic ad longum resumimus, quia proposito nostro aedò mitifice con-  
scripta à tanto viro fuisse videantur.

## S. IV.

*Proposita obiectionis responsio conclu-  
ditur.*

25.

**C**ONCLVDAMVS ergo responsionem huius obiectionis, colligendo ex dictis  
non aliunde, nisi ex Demonis malitia, & inuidia plurium bonorum, quae ex ho-  
rum librorum Venerabilis nostri Iohannis lectione facilique intelligentia secuta sunt,  
in posterumque cum maiori incremento procudubio sequentur ex hac ergo Demo-  
nis inuidia ortum fuisse aliquorum scrupolum, vanumque timorem circa huius di-  
ctriæ, aedò his temporibus utilis, & necessariae, & ab omni periculo liberæ, commu-  
nem diuulgationem, sub titulo zeli boni communis, maximè cum huiusmodi velut  
& scrupulum non videamus in illis circa euulgationem aliorum librorum, qui ques-  
tie lingua vulgari in lucem prodeunt, resque non solum inutiles, & vanas, sed  
valde profanas, & socias, quibus vitiatus hominum animus facillime adhaeret, con-  
tinente, & in plurimum manibus, cum maximo eorum, & totius reipublicæ damno, cir-  
cumferuntur.

26.

Quod etiam optimè adnotauit Sapientissimus Magister Luisius Legionensis Apo-  
logia iam citata his verbis: Et sic dicendo concludo, quod circa villam dubitationem or-  
dam, illos grauissimè à demone decipi, qui de hu libris non cùm qua pars est reverentia loquuntur:  
& quod ab impostore diabolo eorum lingua dirigatur, ad horum librorum evidentem for-  
tum ipsis medianibus præpedendum, si posset. Quod cvidenter ex hoc patet; si enim spiritu Di-  
aboli agerentur, prius & ante omnia condemnarent libros Calestina, Equestris & sexcentas alias Cani-  
linas aliosque plenos vanitate, & lasciuia, quibus momentis singulis insificantur, velut peccati  
veneno innimere anima, sed cum non moveantur à Dei spiritu, istorum nullam mentionem faciunt,  
per quos deprauantur Christianitas, & morum bonitas, sed de illis loquuntur, & illos canillans, qui  
bonos ordinant mores, qui recolligunt animam, & ad Deum maxima cum efficacia dicunt. Sicut  
fidei